



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Discursus Prædicabiles, Sive Viridarium Sacrarum Concionum

**Paoletti, Agostino**

**Coloniae, 1677**

Pars Prima. Quis ex vobis homo, qui habet centum oves, &c.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55660](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55660)

*de his qui. Tolo se les via en comien co, en tomar, y dixer. Nec operibus infensior est hostis quam tacere, sed non proficere. Solum non perseverasse amississe coronam.*

2. Servator noster, ut nos ad perseverantiam adduceret, in hodierno Evangelio duas parabolas, namque de pastore perditam ovem querente, atque de femina, quae domum inverit, ut gemmam amissam inveniat, proponit. Non cessant ambo, sed perseverant, donec inveniant, ac intentum assequantur. Per hoc Filius Dei persuadere, ut ego demonstrare similitur, in bonis, ac sanctis operibus non fatis esse incipere, prosequi, sed & perseverantiam usque in finem vite donec inveniam volo. Et quia N. video a vestra comitate tantum silentio mihi favendi jam factum, illud oratione usque in finem produco. Et ordio.

PARS PRIMA.

*Quis ex vobis homo, qui habet centum oves, &c.*

1. Dum amorosus, ac sedulos Pastor pecora d' pascuis adovile ducens, unam abesse vidit, circumquaque campos tenebra involvabant; Nonaginta ergo novem relictis, nec noctem inguentem, via incommoda, montium asperitates, sylvestres feras eurans, summo cum ingruendi desiderio ardens, spinis se ingerit, serpens se introimit, nec ullam omnium diligentiam eam querendi donec inveniat. Mulier Evangelica gemmam deesse videt, lamina accenso inverit domum, non cellat, nec quiescit: Donec inveniat. O sancta perseverantia, quam es necessaria in omnibus nostris operibus? sine te illa languescunt ait Bellarm. audas. Tolle perseverantiam, nec obsequium mercedis visum habebit, nec beneficium gratia, nec laudem speranda. Tu illorum, quae eorum sperant, dux es. Sicut non perseverasse est amississe coronam. In operibus nostrorum multo magis bonis a Deo obtinendis delitueretur, si tu tuo favore non succurreres. Magna virtus perseverantia qua est non nobis merita desunt, locum obtinet impetrandi. Sicut verba divi Thomae Villanovani: tu filia es dilectissima magis Dei, cunctae virtutes tibi debentur homagium praestant: qui te caret in operibus spiritualibus, palmam victoriae, & coronam praeruit asatit. Perseverantia est unica fida

regis aeterni, quam & peperit vera discretio, est, inquam omnium fere virtutum finis, earumque consummatio, totiusque boni repositorium, & virtus, sine qua nemo videbit Deum, quia absque perseverantia nec qui pugnat victoriam, nec palmam victor consequntur. Ex hoc Petrus Damianus hanc exhortationem dare est motus. Vita modum, S. Petr. quem semel arripueris, perseveranter tene, constant. Damiani. ter exsequere, ne seneca (quod absit) a temetipso vi opusc. 15. cap. 2. 7. deavis vertigine discrepare.

4. Contemplativus Bernardus gressus silit, & exactissime motum, & passus illos Angelorum observat, qui dormientem Jacobum favoribus prosecuturi e caelo in terram, & e terra in caelum scandebant. Vidit Iacob in somnis scalam Gen. c. 28. stantem super terram Angelos quoque ascendentes, & descendentes per eam: Nemo in gradibus, vel terra quiescebat, sed omnes in continuo motu erant. Forsan Jacobum edocere, quod omnia opera bona debeant continuo produci, & perseverantia associata esse voluerunt: Audite Bernardum, Vidit scalam Iacob, & in scala An. S. Bern. gelos, ubi nullus residens, nullus subsistens apparuit, sed vel ascendere, vel descendere videbantur universi.

5. Domine agebat David, quia es misericors, benignus, ac precibus meis lubens annuis, te semper dilexi, ac diligam. Dilexi quoniam exaudivit psal. 114. Dominus vocem orationis meae. Quae sic explanat Bellarmus: Dilexi Dominum quoniam benignus, & misericors est. Ex naturali sua benignitate exaudivit vocem orationis meae. Ac dein Psaltes subdit: Quia inclinavit aurem suam mihi, & in diebus meis invocabo. Sed si dum aures precibus tuis acclinat signum sit te exauditu, cur tota tua vita eum invocare incessanter pergas? respondit divus P. Augustinus, Per dies meos intelligit dies huius mortalitatis, qui nostri a es dicuntur, quia nos ap. Bell. ipsi peccando nobis illis fecimus. Idem roborat Romig. magis Antifiodorensis: In diebus mortalitatis, & Romig. passibilitatis, quos dies meos feci in primo homine Anisiam privata a audacia a Deo recedendo. D. Chrysolto. psal. 114. mus omne tempus, ac dies suae vitae intelligit: ac si dixisset: Domine: esto illico quod peto obtineam, non tamen a precando desistam, sed dum spiro diu nocteque incessanter preces producarn. Quid est interrogat Chrysolomus in diebus meis? Non quoniam inquit, exauditus sum vestram, & evadam negligentior, sed omnibus diebus vita mea hoc minus obibo.

6. Ut servi Dei opus virtuosum aggrediantur, sufficit.

*Handwritten notes in the right margin:*  
 1. 114  
 2. 114  
 3. 114  
 4. 114  
 5. 114

sufficit, ut Deus unico verbo id insinuet; sed ut ab operibus coeptis desistant, aliud, quam verba, requiritur. Deus Abrahamum accersit, & mentem suam ei explicat. *Terravit Deus Abrahamum, & dixit ad eum: tolle filium tuum, quem diligis Isaac, & c.* Excitatur Patriarcha & sine replica somnum oculis excutit, surgit, & cum filio ad montem pergit, ligna caedit, humeris filii illa imponit, verticem scandit, aram construit, ligna parat, Isaac ea imponit, & eum sacrificaturus, gladium erexit, & tum divinae voluntatis executioni se jam accingit. Angelus adest, & auribus Abrahama alta voce ingeminando listat, nec pergat, mandat. Desiste, desiste Abraham. *Et ecce Angelus Domini de caelo clamavit dicens, Abraham, Abraham, ne extendas manum tuam super puerum.* Ut Abraham filium immolet, iussit unica vocula, *Dixit ad eum.* Sed ut ab opere avellatur, ac cesset, Angelus clamando ingeminante voces debuit. *Et ecce Angelus de caelo clamavit dicens, Abraham &c.* Cur ibi simplex tantum vox profertur, hic autem clamor emittitur, nisi ut ostendatur quanto majores vires applicat Deus, necessum est si velit virum sanctum revocare ab inepto opere virtutis.

*Didacus Celada tom. 1. de Christo figu. lib. 3. §. 4.*

7. Sponsa caelestis anxie conspectum sui dilecti ambiens per omnes vicos civitatis eum quaesivit, *Surgam, & circumdo civitatem per vicos & plateas, quarum quem diligit anima mea.* Edicō sponsa, an eum invenisti? omni fedulitate in id incubui, nec repetere potui, *Quaerivi illum, & non inveni.* Ergo meo consilio acquiesce, dies declinat, sponsam vagando discurrere dedecet, doctum te confer, tempus eum quaerendi non deest. Honestas foemina in vale venustatis publice expolita latunculis concupiscentiarum exponitur. Color pudicitiae adeo est tener, ut aere tandem contaminetur. Beatus Thomas Villanovanus amonibus hujus sponsae commpatitur, & voce flebili sic eam respondentem introduct. *Heu misera, jam quo ibo? quaerivi in creaturis, quaerivi in sanctis nusquam apparet.* Nihilominus perseverans eum quaerit. Neque tamen a quaerendo desistam, donec in veniam. Sed / morte foeminitatum) alia vice quantum a seipsa differre videtur, quando obvia sponso eum rogat, ut discedat. *Fuge, fuge dilecti mi, & assimulare capreae, hianuloque cervorum super montes aromatum.* Sed si antea tota anxia semitis ignotis insiluit, quomodo nunc indignabunda eum adorat, ut in velocem cervum mutatus fugat velocissimae se dedat? Ah sponsa non vituperio, sed laude digna est: haec demonstrationes non signa indignatio-

*Cant. c. 3. B. Thom. à Villa. conc. in cant. c. 3. fol. 199. col. 1.*

nis, sed effectus perseverantiae sunt, ac diu illi cursum listas, ego gressus figam, sed si cuncte pergas, ego insequar. Audite Rupertum, *Ego, fuge, & caute nobis, ac providus, ne unquam dum verum mus nos comprehendisse arbitramur, sequentis, ut comprehendamus.* Ac si a meta adhuc longe distiteris semper curtere debetemus.

8. Plura documenta servatos decursu suae vitae nobis dedit, sed inter alia illud magis precium, ac necessarium consequendum sibi afflamo, quod in aspero ligno crucis mortuus quasi vice ultimi hortamenti reliquit. Fato ad mortem erat, juri mortis iam erat conglutandus, dum scilicet ac summi sacerdotis aperte si manus, & pedes dissolvendo, ac e cruce descendendo unicum prodigium patrare dignaretur se in eum ut verum Messiam crediturum, spondent. *Christus Rex Israel descendat nunc de cruce, ut videamus, & credamus.* Felix nuntium tibi domine affert, horatius ponis acerbis solatium fore credo. Hic tui converti volunt, ideo e cruce descendens: Sed crucifixus eorum votis annuere non vult. Dominus sciens eorum insubias, peronnet in partibus. An Remigius. Magna res, quod antea convertere distulit, tot miracula patiat, nec tamen ob eorum obstinationem effectum habuerat, ac modo vult dum voris potiri potest, nec unum parate vult. Ne miremini, ut hominem morte sua in cruce redimeret, in mundum venerat. Statim Navitate hoc opus aggressus est: praedicatione tamen toto decursu vitae illud est profectus. Nunc cum illud profecturus, ac completurus erat, summum est, ab opere eum desistere, & imperfectum linguam volebant. Ne id vobis imaginemini. Hoc prodigium honori meo adhaeretur: ad ultimam usque periodum vitae me non perseverasse dicere poteritis. Speculatio est Divi Bernardi: *Ideo quia Christus non descendit de cruce, ut homines docerem in suis debere esse firmiores, & non stantes in sublimi perfectissimus quo ascendendum per manere, & in cruce, quam in toto vita decursu perseverant perseverare.* Et roborat Paschasius Berrabus. *Idcirco excedens unum semper in sublimi profectus, insubatoris, ne a dono propositi recedat, & in sublimi, ante quam palma victoriae vincatur in sublimi, in sublimi. Sed non auditis, quod duobus verbis palliare scilicet ovem perditam, & foemina geminatam assillam quaerente, id Redemptor hinc mane doceat? *Es quaerens diligenter, donec inveniat.**

*Cant. c. 8.*

9. Non qui incipit, sed qui opus ad finem producit, coronam meretur, juxta illud, *Faci coronam operis.* Vestis pallosum sacerdotum variis ornamentis

nis, sed effectus perseverantiae sunt, ac diu illi cursum listas, ego gressus figam, sed si cuncte pergas, ego insequar. Audite Rupertum, *Ego, fuge, & caute nobis, ac providus, ne unquam dum verum mus nos comprehendisse arbitramur, sequentis, ut comprehendamus.* Ac si a meta adhuc longe distiteris semper curtere debetemus.

8. Plura documenta servatos decursu suae vitae nobis dedit, sed inter alia illud magis precium, ac necessarium consequendum sibi afflamo, quod in aspero ligno crucis mortuus quasi vice ultimi hortamenti reliquit. Fato ad mortem erat, juri mortis iam erat conglutandus, dum scilicet ac summi sacerdotis aperte si manus, & pedes dissolvendo, ac e cruce descendendo unicum prodigium patrare dignaretur se in eum ut verum Messiam crediturum, spondent. *Christus Rex Israel descendat nunc de cruce, ut videamus, & credamus.* Felix nuntium tibi domine affert, horatius ponis acerbis solatium fore credo. Hic tui converti volunt, ideo e cruce descendens: Sed crucifixus eorum votis annuere non vult. Dominus sciens eorum insubias, peronnet in partibus. An Remigius. Magna res, quod antea convertere distulit, tot miracula patiat, nec tamen ob eorum obstinationem effectum habuerat, ac modo vult dum voris potiri potest, nec unum parate vult. Ne miremini, ut hominem morte sua in cruce redimeret, in mundum venerat. Statim Navitate hoc opus aggressus est: praedicatione tamen toto decursu vitae illud est profectus. Nunc cum illud profecturus, ac completurus erat, summum est, ab opere eum desistere, & imperfectum linguam volebant. Ne id vobis imaginemini. Hoc prodigium honori meo adhaeretur: ad ultimam usque periodum vitae me non perseverasse dicere poteritis. Speculatio est Divi Bernardi: *Ideo quia Christus non descendit de cruce, ut homines docerem in suis debere esse firmiores, & non stantes in sublimi perfectissimus quo ascendendum per manere, & in cruce, quam in toto vita decursu perseverant perseverare.* Et roborat Paschasius Berrabus. *Idcirco excedens unum semper in sublimi profectus, insubatoris, ne a dono propositi recedat, & in sublimi, ante quam palma victoriae vincatur in sublimi, in sublimi. Sed non auditis, quod duobus verbis palliare scilicet ovem perditam, & foemina geminatam assillam quaerente, id Redemptor hinc mane doceat? *Es quaerens diligenter, donec inveniat.**

9. Non qui incipit, sed qui opus ad finem producit, coronam meretur, juxta illud, *Faci coronam operis.* Vestis pallosum sacerdotum variis ornamentis

preparata erat; sed in oris, ac extremitatibus  
 multa mala granata pendeant: Sed cur hæc &  
 non alia fructus, & cur in ora vestimenti? & in  
 angulo myltilium? Inter fructus solum malogra-  
 nam coronam habet; ergo ex ora vestimenti  
 pendet, ut fini coronam debere denotetur. In fi-  
 nis vestitur fructus coronatus, qui suam sanctæ vita  
 operant, hæc autem est perseverantia, nam si hæc  
 defuerit, non invenitur fructus ultimo coronatus,  
 coronatur ergo vita sancta perseverans usque ad  
 mortem, Idcirco ajebat David: Benedices coro-  
 nam auri benignitatis tua. Sed cut non omni mensi,  
 habebat, dies, sed soli coronæ anni benedi-  
 ctioem impetraturus est: Ab annis benedictio-  
 nem non meretur, quousque cursum itineris  
 compleverit. Audite divum Gregorium: Quasi  
 corona auri benedicitur, cum finito laboris tempore,  
 coronatum remuneratione conferretur; dies vero hujus  
 anni sunt singula quæque virtutes.

Legitur, quod in omnibus nostris actionibus:  
 finis dicitur esse attendendus, sciunt. David formam  
 vultus, ac ornatus, quibus vestes Regine mica-  
 bant celebrans, nec puocto ab hac lege abivit:  
 Omnis gloria eius filia Regis abivit in sinibus au-  
 reo circummansita varietate. Specialiter, quod ora  
 sine aureæ cum valde deprædicare observo. Hæc  
 sunt partes abjectionis vestis, ergo prius aureas  
 ornatus, citius in crispitudinem, venustatem vul-  
 tus, vivacitatem oculorum laudare debebat.  
 Fimbria, cum sint extrema pars vestis, finem de-  
 signat: autem est figura perfectionis, unde finem  
 completum laude, ac encomiis celebrari signum  
 debendum. Mirabundus ait Remigius Anti-  
 stitensis: In fimbria aureis, id est in fine bono,  
 ut sic in fimbria finalitatem accipimus, & in vi-  
 reo bonitatem: nam qui perseveraverit usque in fi-  
 nem hinc salvabitur. Accurrit huic opinioni Petrus  
 Beccatus. Fimbria sunt vestimenti extremitates:  
 Est ergo gloria sanctimonialis in fimbria, nihil enim  
 prodest gloria bona conversationis in principio, nisi sit  
 gloria in fine. Ac tertio loco subscribit Hugo  
 à S. Claro. Licet amittit sit varietatis virtutum  
 & decorum non tamen in his gloriatur, sed in fi-  
 nis auri, id est in operibus finaliter bonis.

10. Annum potius in oris quam in comis re-  
 quiritur. Perfectio potius in fine, quam in prin-  
 cipio desideratur. Quis nescit, quæ hæc fuerint ex-  
 acta Sathra fidelis, persecutor Christianorum,  
 ac Christiæ. Sed quia in fine fuit optimus, fuit  
 factus, pars electionis, & Doctor gentium est  
 factus. Principia Judæ fuerant satis laudanda,  
 fuisse enim agostolans filii Dei fuisse selectum;

sed quia finis fuit pessimus, ac detestandus, ma-  
 gis illud prodidit, desperandus se in crucem egit,  
 ac impoenitens obiit, & damnatus est. *Suspensus  
 crepus medius, & diffusa sunt omnia viscera ejus.*  
 Deus non caputinit, sed oram finis spectavit  
 D. Hieronymus. *Non quaruntur in Christianis  
 initia, sed finis. Paulus male capit, & bene finit,  
 Iude laudantur exordia, sed exitus productione dam-  
 natur.*

Hic illud adagium veritatur, per un punto  
 Martin per se la cappa: Hoc est per oram Matti-  
 nus pallium perdidit. Per unicum momentum  
 quo ab opere bono cessamus animam, & glo-  
 riam paradyfi ludimus. Hominem in hoc mun-  
 do centum degere annis, ac toto hoc tempore  
 vitam agere sanctam, & vivere iustar S. Nicolai  
 Tolentinatis, D. Francisci, S. Joannis Baptistæ  
 nonaginta novem annis supponamus. Si annus  
 ad complementum centum annorum defuit, sup-  
 pono quod hoc anno sanctæ transigat undecim  
 menses, si menses deest, dicamus quod transigat  
 bene viginti novem dies, superest dies, hoc  
 diecum sanctæ agere viginti tribus horis imagi-  
 nemini; superest hora, hæc sit Angelus tribus  
 quadrantibus, manet quadans, conserveat in  
 gratia à Deo quatuordecim minutis, ad com-  
 plendum centum annos adhuc minutis requiri-  
 tur. Nunc si in illo cesset bene operari, ac Deum  
 lethaliter offendat, si impoenitens obeat, ani-  
 mam & gloriam perdit, & damnatur. Et tamen  
 verum est, quod nonaginta novem annos, unde-  
 cim menses, viginti novem dies, viginti tres ho-  
 ras, tres quadrantes, quatuordecim minuta trans-  
 miserit sanctæ, & ultimo minuto omnia perdat,  
 & in momento ad ortum descendat. Ex hoc  
 quàm necessaria sit perseverantia deducere pote-  
 ritus: *Donec inveniat* Hinc Patriarcha Venetus *E. Laur.*  
 Beatus Laurentius Justinianus dicere solebat *Ins. de*  
 Sicut oculis corporalibus necessaria est lux, ut suo per se  
 perfruantur sine, ita & omnibus prædestinatis, *& c. 2.*  
 vocatis ad Regnum celorum hæc virtus perseve-  
 rantis: *Et sicut absque luce frustra aperitur oculus,*  
 eodem modo inaniter currit, qui usque ad finem vi-  
 ta non perseverat.

11. Quantum Deus delectatur, si anima pec-  
 catrix vitam emendat, & virtutibus se dicit res-  
 solvat, & in hoc bono proposito ad finem vite  
 usque perseverat? Tunc enim placet Deo nostra  
 conversatio, quando bonum quod cogimus, usque  
 in finem non relinquamus. In valle Terebintim  
 qui campus Martialis est factus, Goliath im-  
 mensus Gigas, & David generosus Pastor duel-  
 lator

*Hieron.  
 Epif. 10.  
 ad Eu-  
 riam.*

*E. Laur.  
 Ins. de  
 & c. 2.  
 S. Iudorus  
 Esipal.*

*Handwritten notes in the right margin, including the word 'licet' and other illegible characters.*

lum inituri comparuerunt. Ille hausta, & animo fidei, hic auxilio caelesti, ac fundaminitur, à procul se contuentur, jocantur, & recreantur. Philistæus Israelitam trunculentis oculis conspiciere credebatur, David hostem ictu lapidis prosternebat, & valore suæ dextræ illum montem carniū, ac ossium dejicere sperabat. Gigas convitiis Davidis se ictum sentiens in iras assurgit, in ejus pectore fornax indignationum accenditur, ex oculis flammæ scintillant, ac fumus furoris è naribus evaporat. Interim providus Israelita fundam armat, & fronti in qua superbia vexillum temeritatis, & audaciæ explicabat, lapidem instigit. *Et cecidit in faciem suam super terram* accurrit, & ipso pagione Philistæi verticem avellit. *Cumque gladium non haberet in manu David, accurrit, & stetit super Philistæam, & tulit gladium ejus: praecepitque caput ejus.* In hujus rei memoriam, & gratiarum actionem gladius in templo aservatus fuit, qui postea à sacerdote Abimelech datus fuit Davidi quando à Rege Saul in Nobemissus fuit: *Ecco hic gladius Goliath Philistæi, quem percussisti in valle Terebintim.* Hic cur potius aservatus fuerit gladius, quam lapis interrogat? hic inimici fronti inflixus vivum adhuc prostravit, gladius hoste jam accumbente pugna se acinxit. Honor ergo debitus petrae, quæ ictum tam celebrem fecit, in gladium non derivetur. Ego aliam non assignaverim causam, nisi quod lapis Deo non adeo gratus futurus erat, ac gladius. Ille certamen est usus, sed primo ictu factio destituit, & in exordio confictus adfuit. Sed culter, quia ultimo dimicavit, & Philistæo verticem detruendo palmam reportavit, certum erat, quod à Deo acceptandus erat. *Christus in templo non fuit aservatus lapis ille, quo David Gigantem interfecit, sicut gladius? Ratio est quia gladius pugna finem imposuit, non lapis à lapide quidem initium, à gladio finem victoria sumpsit. Sic quia perseverantia est, quæ finem operatum consequitur, ideo illa est, quæ pretio habetur, illa quæ in domo Dei sic servatur.*

1. Reg. c. 17.

1. Reg. c. 21.

Frane. Laban. Tom. 1. Ap. conc. verb. serv. serv.

Gen. c. 15.

instantias addit, invitationes repetit, nec dum offerre cessat, quinimo eos ad acceptationem cogit. *Computat illos oppida, ut devorent ad eum.* Demum perseverantia precum allecti, præsentia honorare donum ejus placuit, & lubenter intrant. *Quomodo in excidium neficium accepit Loti ab Angelis, ut ab eis direretur domus sua, cum antea omnino precibus suis renassent? Ne mireris tantam gratiam accepisse, perseverantia enim in petitione sua, sola autem perseverantia coronatur.* Er nos ad unam orationem, ad simplices precibus nos à Deo exaudiendos imaginemur? perseverantia molari debet: *Donec inveniam.*

13. Quantum Angelis perseverantia Loti tantum Magdalene perseverantia Chillo placuit. Hæc fœmina amorola à Simone Chlilstum convivio exceptum intellexit. Illico habitum lacernæ penitentia induit, vas alabestrinum pretioso unguento plenum sumit, cineres dissolvit, excaecata domo exit, & oculis lacrymantibus, labris suspirantibus pallus ad locum, in quo agebat objectum suorum castorum, desideriorum acculeat, Palatium intrat, ad conclave appellit, & Salvatori adgeniculata plantas ejus lacrymis dolens adhibet, capillis illas tergit, unguento inongit, ac labiis mundatis devotè oscula figit. *Et fuit retro secus pedes Domini lacrymis capiti rigare pedes ejus, & capillis capitis sui tergetas, & labatur pedes ejus.* Hæc actio est à tribus Evangelistis Matthæo, Marco, & Joanne diversè modo recepta videtur, ut tamen affirmatè servus P. Augustinus recensit est idem. *Quod fecit in Bethania pariter narratur à tribus, Joanne, Mattheo, & Marco. Hic non solum capiti, sed & pedes Domini accipimus perfudisse unguento. Christo ejus actio vix tantum placuit, ut velut omni bonitate eam præcellentem celebraret: Bonum opus operata est in me, & dicitur ex conviva in oratorem tranfit, & eloquium hoc applausu promit. Amen dico vobis nunc, quæ predicatum fuit hoc Evangelium, dicitur quod hæc fecit in memoriam ejus. Hic quæcum ex omnibus actionibus Magdalene tantam laudem promerita fuit, relinere vellem. An lacryma? ego id non assero, quamvis Deo non patum gratæ sint. Petrus citam amat devit: *Excivii fornax, & fironi amara; nec tamen hoc encomium tulit. Forsan unguentum pretiosa? Christus talium vanitatum amicus**

non fuit. Forfan comæ auræ, aut oscula afflicta? hoc credens erat. Officiis his precibus sese impendens caput suum pedibus Salvarius iugebat, & quasi uniebat. Hac de causâ tantam laudem promeruit; & cur propter hoc? caput est principium hominis, pedes fides. Ergo Magdalenam in actibus pœnitentiæ ab exordio conversionis usque ad finem vite perseveranter pœnitit. O quam est hæc actio virtuosa? Bonum opus operata est in me. O actum dignum laude, & præmio! Amen dico vobis, &c. Huc alludete divum Bruno nem voluisse credo. Tota vita nostra sic bonis operibus continetur, ut, & principio (in caput) finis concordat (in pedes) & bonum quod capimus, usque in finem non relinquamus. Hoc modo mulier Evangelica genuit, & pastor ovem quærit. Dicitur ortentur.

14. Deus in Exodo, & Levitico Hebræis, si victimam accipiam a te vellem haberi, extrema animaliam offerri iussit: Et offerent de pacificatione hostias sacrificium Domino adipei & caudam ovem. Ac in Exodo: Tollis adipei de arietate, & caudam. Sed an non hic est Deus, qui gustu adeo pollet tenero, & contentari adeo potest diffidenter, ut illis solum victimis quietari se ostendat, quæ circumstantias debitas in superlativo gradu perfectionis habent? cur ergo in sacrificiis partem extremam adeo vilem peti? si animalia immunda offerri vetabantur, an pars erat immunda ista? præterea cum sibi animaliam primogenitura offerri iussit, quæ tunc Abulenti: Sunt pinguiora & meliora a te, non ascio. Decimam grani; Quia de numeris numerus perfectus est: aut divus P. Ambrosius postulabat. Præterea fructus magis appetibiles sibi dari voluit. Et quod magis est, agellum sacrificandum diligenter inspicere debet masculus præcepti: Erit Agnus absque macula, masculus, anniculus, &c. caulam dari Lyranus: Masculus, quia scemella immolari non poterat in hoc sacrificio, sed requirebatur ad hoc solum masculus, qui est perfectus, quia ea que sunt perfecta, Deo debent immolari, & quo tantum omnia humana perfectio. Si ergo ultima extremitas est deformis, vilis, imperfecta, & immunda, cur Deus eam a sacrificiis nos prohibet? divus Gregorius hac parte de notari solum, responderet. Hanc ergo sacrificari sibi voluit, ut quam accepta sibi esset perfectio, & sanctitatis suæ demonstraret. In cau-

da quippe finis est corporis, & ille bene immolatus, D. Gregorius qui sacrificium boni operis usque ad finem debite Mag. hom. perducit actionis. Idem in suis moralibus titulum 25. in confirmat. Caudam hostiam in altari offerre præcipitur, ut videlicet omne bonum, quod incipimus, perseveranti sine complectamur.

15. Sed si verum sit, quod idem operatur oppositum in opposito, quod propositum in proposito, quantum Deo placet perseverantia tam exolum oppositum habet: Nec aliquid eum magis affligere potest, quam si opera cœpta ad finem non producantur. Præcepta à Deo creatore populo Hebræo data, aliquando non minus paradoxa, quam mysteriosa fuisse negari nequit. In pluribus locis Exodi à sacrificiis animalia immunda iustione arcuit. Quid quid habueris masculini sexus consecrabis Domino, 13. no, primogenitum asini mutabis ovem. Et alibi, Exod. cap. 14. Omne quod aperit vulvum generis masculini mecum erit; de cunctis animalibus tam de bobus, quam de ovibus meum erit. Primogenitum asini reddes ovem. Cur Deus adeo hoc animal abhorret, cum sit patientiæ, & humilitatis symbolum.

Est humilis, timidus, mitis, patientissimus laborum, Hoc asinum par est nos ratione sequi.

Georgius Nicola lib. E.

Respondet Cornelius à Lapide: Noluit Deus à Matre avelli, ne Matrem affligeret, nullum fol. 9. enim animal ita amat prolem ut asinus, & si Cornel. à mia Oleaster etiam hoc dubium movet: Lapid. Quid hoc est Domine, quod sic asinum rejicias? non Hieron. de creati illum quæma modum omnia alia ita quidem, sed vult nos docere, ut qua vitia reputamus, non offeramus illi. Vel hoc iumento de quo ait Philoophus, Asinus stramenta maruile quat aurum, eos qui ablatiis cæcitatebus hæc vitia præponunt designari, responderi potest. Vel Moral. n. potius qui juxta quoddam adagium est stoli comach. ditatis symbolum. Astutus inter simus. Vel forsan, 10. quia apud antiquos, & gentiles supersticiosos augurium felix prosperitatis humanæ erat. Ambros. Hinc ille Erudicus scripsit: Inter bona omnia Daniel. occursum olim asini fuisse, etiam in somnis con. Petrus in spi. dom. boni omnia fuisse, Augustus, Mario, & A. lau. asini. lexandre, e ventus optimo, ac optatissimo in rebus fol. 48. & maxime denuntiavit. Mille alias rationes quibus brevitas causa superfluo adducere possem, & 49. una, quæ meo proposito deservit tantum adduco. Fuit.

Exod. cap. 13. Exod. cap. 14.

fig. 11. fol. 9. Cornel. à Lapid. Hieron. Oleaster.

Aristot. Moral. n. comach. 10. Ambros. Daniel. Petrus in spi. dom. Augustus, Mario, & A. lau. asini. fol. 48. & 49.

Fuit.

Fuit, qui de hoc jumento diceret, Egregium principium cito destitutum; Bene incipit, male detinetur. Ac ideo à sacrificiis fuit abactus; quia illorum, qui in virtutibus non perseverant est symbolum. Hinc Poëta: *Proponere, & non perficere, est ludere gratia.*

*Sic quoquam ingenio, & virtute ad sidera voluit, Detinet in medio tranne causa levi.*

S. Luc. cap. 17. Gen. cap. 19.

16. Inter alia documenta Christi illud, quod sanctus Lucas annotavit maxime considerandum censo. Pœnas diluuii, & ignis tempore Noë, & Loth receptens ait: *Memores estote uxoris Loth.* An hæc uxor Loth non est illa, quæ iussa Angelorum violans *Noli respicere post te, retrospexit, & à Deo conversione in statum salis est punita?* sed si adeo sit miseriors, ut nec umbram flagellorum, qui effectus sunt divinæ justitiæ vindicativæ, & punitivæ ab hominibus videri vellet, quomodo hoc factum multorum memoria forsitan obliuiscatur, rursus in mentem revocat: hæc foemina iter aggredi, ac illud interpolatè usque ad montem Segor producere debuit, sed illa gressus sicut, acriter interruptis hinc in penam perseverantiæ violatæ, quando *conversa est retrorsum, versa est in statuum salis.*

Abulen. in cap. 19. Gen. sol. 505. co. 2.

Opinio est Abulensis. *Quare autem in statuam magis, quam in aliquid aliud mutata fuerit? causa est, quia sal condit, & saporem dat cibis, ideo sapientiam designat, & est sensus quod uxor Loth in salis statuam versa, per suam peccatam nescit docet à bono incepto nunquam desistere, ne peior exitus non sequatur.* Et quid aliud Saluator verbis allatis: *Memores estote uxoris Loth?* nisi quod non perseverantibus severæ pœnæ mancant, docere voluit.

Ecl. 1.

17. Hinc Ecclesiasticus, *Va his, qui perdidit sustinentiam, & qui dereliquerunt vias rectas, & dirigerunt in vias pravas.* O mille infelices, qui Deo in fervore, & charitate famulari incipiunt, ac paulatim tepescunt! viam perfectionis aggrediuntur, sed ex improvise gressus per vias curvas vitorum retrahunt. *Sustinentiam quidem perdunt, qui bona inchoant, non consumunt: qui bus nimirum via esse dicitur, quia non solum incepti laboris mercedem perdunt, sed etiam Apostatus sui poenitentiam feriantur.* Illa navis velis extensis undas supervolat, ut ad portum appellat videret, sed illud à pisciculo remora dicto sistitur, ac tenetur. Mirares videre homines in virtutibus radicatos, spiritui deditos portum perfectionis aspirare, ac dein ab exigua remora bonorum terrenorum detineri. De his ille doctus loquens canebat,

Greg. in cap. 2. Ecl.

Hos ego jure cum divo Paulo interrogem: *Curvatis bene, qui vos impeditur? qui curvo detinet in ferrum vos transformavit? ante et di. nunc in inertes in observantia divinitum, & factum præceptorum. Curvatis ante in fervore Dei, sed nunc precipites per vias æternæ perditionis vos currere video, Quis vos impeditur? O Deus unicus affectus terrenus, unica facies larvata, non fructum, quod nil aliud est quam terra fulvora à sole superinducta. Ah quantum à vobis ipsi differis, & ab illa perfectione, cui ferventer incubistis dum vos servitio Dei consecratis, dististis? Perjusta, ait Sedulius, hæc, quam nunc perquirimus, non est ex eo, qui in principio vos vocavit, sed ex hoc, qui postea vos conturbavit. Agebam ergo ad illum statum sanctitatis à quo hactenus abieratis redite. Quid forsitan in animæ virtutibus vos satis profecisse putatis? Cum feceris omnia que præcepta sunt vobis, dicit sermo in salutem. Ne ergo à productione virtutum usque ad finem celsitis, donec inveniamur. Recordemini quod virtus boni operis per eternitatem est, & non virtutis dicitur: qui autem per peccata sua usque ad finem, hic salvus erit. Quiescamus.*

ALTERA PARS.

18. Perseverantia est bonum, sed non sufficit ambulanti per viam perfectionis, sed in virtute in virtutem quotidie procedendum est. Non lucrari est amittere. Et dives Bernardus: *Nullo perficere nunquam desicere est.* Unde sanctus Pater Anselmus semper novos gradus aditum hortatur. *Nullam gradum bona via, quam iam conscendit, custodire sufficit, qui semper ad altum usque perficere non appetit; semper igitur necesse, ut ascendet ad profectum, qui semper vult curare de futuris.* Et dives Fulgentius: *Sicut qui ad patriam tendit, ad donec perveniat semper habet ubi arduos, sic etiam nos quamvis in hoc mortali corpore cognovimus peregrinamur à Domino, pro cuius vita nihil est, nisi in qua semper habemus, ubi possessionis profectus.*

19. Deus Adamo, ejusque propegnit hoc mandatum dedit: *Crescite, & multiplicamini, & replete terram.* Hic difficultas mihi subornata. Actiones libera, & non necessaria, & naturalia, quarum una est crescere materia tantum præceptum